



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

3. De rescindenda venditione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

## S. II.

Quae res vendi possint, & ad quid  
teneatur uterque contra-  
hentium.

1. Vendit res etiam aliena.
2. Quaecum conditionem usucapiendi transfert  
venditor.
3. Tenerit quo de evictione regulariter.

**Q**uartumlibet autem rerum, quas habere,  
possidere, quasi possidere, aut persequi  
possunt, recte sit iuridictio, modò eas  
vel natura, vel ius gentium, vel mores civitatis  
commercio hominum non exercerint. I. Si in  
emptione 34. §. omnino D. eod. vel nisi aliunde,  
sive iure, sive statuto, vendi prohibeantur. I-  
deoque nihil intereft, an res sit mobilis, an im-  
mobilis, an corporalis, an vero incorporalis,  
veluti hereditas, servitus, obligatio, actio, &  
similes. I. 3. Et ibi Glos. in V. corporalia D. De at-  
que rerum dominio, an item sit propria, vel aliena.  
Neque enim qui vendidit necesse habet rem  
facere emptoris propriam, seu transfere in cum  
in dominium: sed satis est, quod faciat em-  
ptori licere habere. I. Si ita distractabatur 25. D.  
de contractu, empti. Emptor vero solvendo rei  
preium, dominium illius transfert in accipi-  
entem. Nec agere perfecta emptione potest  
exempto aduersus venditorem, ut rem tradat,  
nisi preium conventum integrum offerat. I.  
*Iulianus* 13 § Offere D. de act. empti.

2. Si tamen venditor sit rei dominus, tra-  
dendo rem, transfert in em protem ejusdem  
dominium, quia traditionibus ex justa causa fa-  
ctis rerum dominia transferuntur, §. por. 13 aditio-  
nen 40. *Instit. de rerum divis.* Si autem rem ven-  
diderit alienam, tradendo non nisi usucapiendi  
conditionem transfert, id est solum facit, ut em-  
ptor eam rem legitimo tempore possit praescri-  
bere.

3. Teneriturque hoc casu venditor emptori de  
evictione d. I. *Iulianus*, id est si contingat cur-  
rente tempore præscriptionis rem à domino e-  
vinci & avocari ab emptore, teneatur ei vendi-  
tor quantum interefit, ipsius rem evictam non fu-  
isse. Idque sive sciverit venditor esse alienam,  
sive ignoraverit: ignorantia enim hinc non ex-  
culat venditorem, quia in culpa est, quod al-  
ienam rem vendiderit, cum scire uniusquisque

teneatur condicōrem rei, quam vendit. I.  
Quisquis Cod. de rescind. vendit. alioquin si uter-  
que sciverit esse alienam, ex neutra parte con-  
trahit obligatio, d. I. Si in emptione §. Item se-  
cundum *Emptor*, Si vero emptor solus sciverit, non te-  
netur ei venditor, nisi de evictione convenerit,  
I. Si fundum 27. C. de evictionibus. Imputare e-  
num sibi debet, quod scientem emerit alienam.  
Alios casus, quibus venditor non teneatur de  
evictione, enumerat Pontifex in e. ult. hoc tit.

Primus est, si emptor iu jus vocatus non de-  
nuataverit venditori, sibi item motam esse:  
potuisse enim venditor, facta sibi denuncia-  
tione, emptori in judicio adfuisse, & defende-  
terem cum emptori, ne evinceretur. Secun-  
dus, si denunciavit quidem, sed emptor ex  
propria contumacia condamnetur. Tertius si  
per injuriam Judicis condamnetur emptor, qui  
his casibus nulla intervenit culpa venditoris,  
quam præstare teneatur.

## S. III.

De rescindenda venditione.

1. *Iesus ultra dimidium justi pretii quis dicitur.*
2. *Venditor vel emptor Iesus ultra dimidium ad quid teneatur.*
3. *Quatenus contractibus alteri alterum circumvenie licet.*

**A**liquando vero reedi potest ab em-  
ptione-venditione perfecta, rescissio con-  
tractu propter lassitudinem ultra dimidium justi  
pretii. Nam licet emptio-venditio taliter con-  
tracta valeat ipso iure, tamen potest deceptus  
petere eam reciendi, sive venditor, sive emp-  
tor fecit, ut habet vetior sententia. Ve-  
nius quoque est, cum emptorem tum ven-  
ditorem dici deceptum ultra dimidium justi  
pretii, quando non accepit dimidium ejus,  
quod dedit: v. g. emptor dicatur deceptus  
ultra dimidium, si rem, valentem decem, c-  
merit viginti uno; venditor vero, si rem, va-  
lentem decem, vendiderit tantum quatuor: si  
quidem neuter his casibus accepit dimidium e-  
jus, quod dedit. Hinc de facile refellitur opinio  
volentium emptorem dici ultra dimidium  
deceptum, si rem, valentem decem, emerit  
sedecim: neccum potest dici tum deceptus ul-  
tra dimidium ejus, quod dedit, cum plus quam

dimis

P.P.

dimidium illius accepit. Igitur in aestimatione laesonis ultra dimidium spectari debet non solum premium, ne volunt, sed & res ipsa, eaque confertenda cum pretio dato: nam hac consideratione patet emporum, qui pro re, valente decem, dedit virginum unum, scilicet deceptum ultra dimidium, quia non accepit dimidium eius, quod dedit; quamvis tum etiam dici possit deceptor ultra duplum, si solum premium spectetur.

2. Attamen praeceps agi non potest ad rescindendam venditionem ex capite laesonis ultra dimidium, sed empor deceptor potest vel rescissam venditionem restituere, repetito pretio, vel, manente venditione, repetere partem pretii, quam ultra dimidium solvit. Similiter si vendor deceptor sit, in electione & arbitrio emphoris, vel supplere, quod justo pretio dedit, vel rem restituere, cap. Cum dilecti versic. quia vero h.c.

3. Porro tametsi ob laesonom infra dimidium justi pretii lex, ut dixi, non rescindat venditionem, sed talem laesonom toleret: tamen non ideo licet alterum contrahentium usque ad dimidium justi pretii circumvenire, sed justo pretio res vendi & emi deberet. Nec obstat L. In causa 16. D. De minor. quia quod ibi dicitur, licet contrahentibus naturaliter se circumvenire, intelligi debet infra latitudinem justi pretii, quod est vel summum, vel medium, vel insimum. Neque enim licet vel pluris vendere, vel minoris emere, quam valeat, ne quidem infra dimidium justi pretii. Ideoque qui vel pluris vendit, quam res summo pretio valeat, vel minoris emerit, quam valeat infra insimum pretium, peccat procil dubio, & tenetur ad restitutionem. D. Th. 2. 2 qu. 77. art. 1. Unde & Pont. inc. 1. hoc tit. vetat, ne quis carius vendat transcurrentibus, quam aliis. Verum neque lex, neque etiam Canon, rescindit emptionem, licet supra summum premium, res vendita sit, dummodo non ultra dimidium justi pretii.

#### §. IV.

Quae res vendi non possunt.

1. Vendit non possit res spirituales, sacra, publica, &c.
2. Res item dotalia regulariter.

3. Duplex ex hoc contractu actio nascitur, empti & venditi.

1. **P**otius cum ante dixerim, quamlibet rem vendi posse, nisi vel natura, vel jus gentium, vel mores civitatis eas commercio hominum exemerint, paucis hic quoque ponendum, quænam sint ejusmodi res. In primis itaque res, quæ non est, nec futura spectatur, servus, vel equus mortuus, vendi non potest. Secundò, Res spirituales, ut iuridictio Episcopalis, beneficia, ordines Ecclesiastici. Tertiò, Res sacrae, religiosæ, sanctæ, ut vasa sacra, vestes, altaria, reliquæ Sanctorum. IV. Homo liber V. Publicis usibus destinata, seures universitatis, ut forum publicum, via publica, basilica: à privatis scilicet hominibus; alioquin talia vendi ab universitate ipsa possunt. VI. Res dotalis, vel donata propter nuptias, licet uxor conferuat. Exceptis certis casibus: uti in e. Pervenit hoc tit. veluti si pretio aestimata sit dos, & manus, alia bona habeat, si vendat dotem ex causa necessaria, non voluntaria; si convertat in utilitatem uxoris, vel si uxor conferuat, jurando adhibito, sive per se, sive per procuratorem, cui ad hoc dederit speciale mandatum, e. ult. de procurat. in G. aut manicus ad divisionem fundi dotalis provocetur à socio, qui habeat sibi fundum communem. VII. Litigiosa res, vel restitutio obnoxia. VIII. Venena, nisi alienus materia adiectione possint fieri salubria. Quid sepe 35. §. veneni D. hoc tit. IX. Non licet Judicij judicium justum vendere, vel testis testimonium. Advocato tamen permisum est vendere patricium justum & jurisconsulto consilium justum. ean Non licet xi. qu. 3. & sic de similibus. quæ brevitate causâ omitti.

3. Denique ex hoc contractu duæ oriuntur actiones: una dicta exempto, quæ datu empori contra venditorem, ad petendam rem venditam: altera dicta ex vendito, quæ datu venditori contra emporum, ad petendu dum premium; de quibus in T. D. De actionib. empti & venditi.